

62673/B

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON



ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

HULME, N.

MSL/B/HUL



Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30519780>

IX5

L I B E L L U S

DE

NATHANAËLE, CAUSA, CURATIONEQUE

S C O R B U T I.

AUCTORE

NATHANAËLE HULME, M. D.

To which is annexed,

A P R O P O S A L

FOR PREVENTING THE

S C U R V Y

IN THE

B R I T I S H N A V Y.

Quippe ita Neptuno visum est. VIRG.

L O N D I N I :

Prostant apud THOMAM CADELL, in vico dicto *Strand*.

M. DCC. LXVIII.



OMNIBUS
NAVIGANTIBUS,
LIBELLUM HUNC
DE
SCORBUTO;
D. D. D.

NATHANAËL HULME,

P R A E F A T I O.

*A*R S salutaris longa est: sic dixit HIPPOCRATES; sic experientia: HIPPOCRATES enim in eo, prout in multis aliis, nil nisi vox experientiae est. Id ipsum vero fortasse, in nullo alio morbo, tam manifeste apparet, quam in scorbuto. Quamvis enim semina hujus mali, a structura nostra ab origine, nobis inhaeserunt, semperque se ostendere, in omnibus corporibus, omnibusque temporibus parata fuerunt*; tamen, quae, ad hunc morbum universum pertinent, per multa volumina, perque magnae contentionis disputationes a medicis saepe tractata sunt, atque ad haec nostra tempora etiam, adhuc tractan-

* Vid. p. 42, 43.

tur.

tur. Imo vero quidem, morbus, vix nomen maxime sibi proprium, nunc etiam accepit. Quisquis autem recte cognoscit id, quod morbum facit, ipse quoque cognoscit id, quod morbum non facit.

Quod ad curationem quoque ejusdem praecipue pertinet, adeo multiplex medicina fuit, apud auctores medicos, ut nemo mortalium vix reperire posset, an hac vel illa potius uteretur. Observare autem liceat, quod, in rebus medicis, ubicunque id fieri appareat; vel causa mali, vel medicina, vel utrumque quidem, medentem ipsum fere semper fugiet. Admirabile autem est, et nunquam non medicis memoria tenendum, ut id, quod simplex sit, naturam potissime juvet; adeo ut, rebus quidem simplicissimis, morbos quam maxime terribiles, non raro tollat. Sic, luem veneream, argentum vivum, per se; scorbutum vero, gramen,

gramen, pomum, omneque genus oleris, celeriter solvit: adeo simplices sunt operationes naturae, semperque nobis adorandae. Quaedam vero, contra id vitium, specialiter laudata fuerunt, prout herba Britannica PLINII*,ameda Americana CARTIERI†, et similia; quae, vel aegre quidem vel longe petenda: hominis enim saepius est, quaecunque in promptu sunt spernere, difficiliaque ad omnia protinus currere.

Cum igitur, apud medicos, tam acriter disputatum esset de morbi curatione in terra, ubi in omni fere herba remedium adest; nil mirum est si homines, in navi alto mari haerente, de ejus curatione fere ex toto dubitarunt. Aliter autem res se habet; duce enim tantummodo natura, medicina facilis est: aegri siquidem

* Histor. natural. lib. 25. cap. 3.

† Hackluit's collection of voyages, vol. 3. p. 227.

Ⅹ P R A E F A T I O.

scorbutici succum fructuum acidum auide concupiscunt ; ipse verum assumptus semper pro medicamento est.

De natura etiam et causa mali, aequae ac de viis curandi, multae disputationes fuerunt : de his verum in hoc loco, minime controversiam movebo. Cum autem bellis superioribus, in navibus bellicis Britannicis, medicinam utramque exercuissem, per aequora vasta, et Europam, et Africam, et Americam cingentia ; nonnulla, tum de hoc morbo tum de aliis, experientia ipsa me docuit. Bellis finitis in patriam redii, famaue Academiae Edinburgensis captus, illic protinus veni, amore scientiae medendi ductus. Hic, annis duobus tribusve elapsis, laurea medica mihi concessa est, dissertatione primum, de scorbuto, publice et scripta et disputata. Sic ortus est libellus
ille

ille noster: nunc paululum auctus, et in publicum editus; ut, praecipua ad morbum pertinentia, quae, vel usu didici, vel ratiocinatione excogitavi, memoriae proderem. In quo, si et breviter et recte ea exposui, quae, multa volumina exercuerunt, est quod equidem votum erat; magisque si aliquid auxilii simul, commilitonibus meis attuli.

Huic opusculo alterum adjectum est, ad morbum praecavendum praecipue spectans; id ipsum quidem in lingua Anglica scripsi, quoniam ad rempublicam Britannicam quam maxime attinet.

Denique igitur, hoc meum qualecunque sit munusculum, mente benigna, maritimae accipiant gentes; omnibus praecipue navigantibus, opem ferens.

О П Р А В Д А Н И Я

Въспомогательныя науки, какъ и сама философия, не
 могутъ существовать въ отрывкѣ отъ жизни, отъ
 общаго бытiя, отъ общаго разума, отъ общаго
 сердца. Истинная философия не есть спекулятивная
 наука, не есть игра словъ, не есть искусство
 выводить заключения изъ произвольныхъ предположенiй.
 Она есть наука о жизни, о разумѣ, о сердцѣ, о
 обществѣ, о религии, о морали, о законѣ, о правдѣ.
 Она есть наука о томъ, что есть истина, что есть
 добро, что есть красота, что есть счастье.

Истинная философия не есть наука, не есть искусство,
 не есть ремесло, не есть профессiя, не есть
 спекулятивная наука, не есть игра словъ, не
 есть искусство выводить заключения изъ произвольныхъ
 предположенiй. Она есть наука о жизни, о разумѣ,
 о сердцѣ, о обществѣ, о религии, о морали, о законѣ,
 о правдѣ. Она есть наука о томъ, что есть истина,
 что есть добро, что есть красота, что есть счастье.

Истинная философия не есть наука, не есть искусство,
 не есть ремесло, не есть профессiя, не есть
 спекулятивная наука, не есть игра словъ, не
 есть искусство выводить заключения изъ произвольныхъ
 предположенiй. Она есть наука о жизни, о разумѣ,
 о сердцѣ, о обществѣ, о религии, о морали, о законѣ,
 о правдѣ. Она есть наука о томъ, что есть истина,
 что есть добро, что есть красота, что есть счастье.

LIBELLUS

DE

SCORBUTO.

CAPUT I.

Nomen Morbi.

“**S**CORBUTI nomen apud auctores medicos,” ut recte observavit eruditissimus MEAD, “morbum designat adeo multiplicem, et facie diversum, ut non idem, sed alius atque alius esse videatur*.” Morbus autem in re ex toto aliter se habet; scorbutus enim non est farrago malorum, sed ipsissimus morbus simplex, et sui generis; est aequè regularis plerumque, et uniformis

* Monita et praecepta medica, cap. xvi.

in specie, ac ullus alius qui corporibus nostris incidere consuevit, si modo causae ejus ita sint; quod fere in longis evenit navigationibus. Itaque ex his recte veram et genuinam morbi rationem expectare licet.

DE hoc morbo igitur dicere propono, eodem modo, quo mihi in alto mari navibus bellicis Britannicis se ostendit; ante omnia praevisis signis levioribus, deinde gravioribus, in unaquaque corporis parte, prout in ipso morbo fit.

CAPUT II.

Morbi Historia.

INCIPIT igitur hoc malum a lassitudine gravitateque totius corporis, quod vespere et mane augetur, praecipue autem cum primum surrexerit homo, nisi forte noctu sudaverit, ubi semper multum levatur.

LUMBI

LUMBI et genua ex levi causa cito quasi fatigata sunt; corpus torpet, ab omni motu exercitationeque alienum est, et residere aut cubare quam maxime juvat; si vero laborare necesse fit, celeriter fatigatur, spiritus gravior est quam ex consuetudine, atque cor palpitat. Ascendens etiam nauta in sublime, saepe in media quasi via haeret, anhelans;—post id, iterum ascendit.

COLOR genuinus et vividus faciei dispergitur, subtumidus vultus est, luridusque pallor cum flavo mixtus inhaeret: quo magis inveteraverit morbus, eo magis primum flavescit, tum postea quasi aliquantum viridescit. In angulis oculorum, et vasa rubra, et carunculae, cum quodam luteo pallore inalbescunt; labia quoque pallida atque sublivida fiunt. Tristis moeror fronti insidet, vultumque humanum obumbrat. Haec est facies scorbutica. Cui autem naturâ sublu-

ridus quodammodo color est, tam facile non detegitur morbus; rubicundisque hominibus facies quasi ex frigore livefcit.

GINGIVAE quidem inter principia morbi vitiantur, totisque oris dentium primum afficiuntur; pruriunt, calent, dolent, quam maxime autem post cibum; deinde inflammantur, tument, spongiosae fiunt, atque interdentes affurgunt. Quo diutius manet morbus, eo magis gingivae spongiosae et tumidae in omni parte fiunt, ac digito vel leviter pressae atrum cruorem emittunt. Interdum plus in una parte quam altera intumescunt; multum dolent, tenui nigro sanguine turgent; admotum autem scalpellum, prompto auxilio est. Tandem eadem vel livefcunt, vel nigrescunt, et sic laxae fiunt, ut a dentibus ex toto discedant, quos facile omnes nunquam eximere liceat.

MALUM,

MALUM, et gingivas interiores, et exteriores, simul affligit.

GINGIVAE plerumque maturius magisque afficiuntur in ea parte cui genae insident, et interdum quoque interiores malae hoc loco patiuntur.

EORUM gingivae, qui herbam nicotianam manducant, fere semper minus vitiantur, quam quibus in consuetudine ea minime est: quamvis tamen video clarissimum Rouppe contra observasse in suo libro excellentissimo de morbis navigantium*.

DENTES eburneum suum splendorem, pro luteo vel etiam subnigro, mutant. Si vero exesus est dens in alterutra maxilla, morbus fere ad eam partem celerius currit, et multus dolor in medio osse haeret, qui etiam

* Vid. pag. 108, 109.

noctu, homine cubante, increfcit. Contra autem, cum dentes fani fint, rariffime maxillae ipfae dolent.

Os, ipfeque fpiritus, male olet inter ipfa initia; et faliva plerumque eft et tenuis et acris.

DOLORES in hoc malo cito nafcuntur, qui fere articulos cubiti et carpi, quam maxime autem genuum et talorum exercent; omnes juncturae quidem, cum perpetua laffitudine, imbecilliores et minus flexiles redduntur. Dolor acutus fine tumore, fine colore, interdum a talorum plica ufque ad genua, anteriorem tibiam percurrit; idem interdum a genibus ad inguen fpectat; crepitus in mediis genibus interdum quoque inter ambulandum editur. Dolores fub noctem plerumque increfcunt, fed fub lucis ortum, fi modo noctu fudor prorupit, magnopere levantur: fudor enim

enim vita scorbuticorum est, in omni coelo,
in omni aetate.

MAGNA imbecillitas cum dolore circa
lumbos, primis diebus accedit, quod fere
perpetuum est, et multum fatigat hominem;
potissimum vero, aut motu corporis, aut la-
bore subeunte.

DOLORES circa pectus inter principia morbi
coeperunt, huc atque illuc interdum, maxime
autem transversim, idem percurrentes; simul
spiritus difficultas adest, cum sensu cujusdam
quasi gravitatis in medio pectore haerentis.
Interdum ad unam partem magis ii tendunt,
ac tunc fere vel minus vel plus tussis acce-
dit. Crescente morbo, sensus etiam gravita-
tis, maxime ad inferius os pectoris, et diffi-
cultas spirandi, crescunt quoque, omnique
motu augentur; quae hercule periculosissima

omnium indicia sunt. Extrinsecus vero nihil apparet, neque id, quod affectum est, premente digito, dolet. Sensus quidam ro-
dendi nonnunquam ventriculo quoque in-
haeret.

MUSCULI scorbuticorum, nisi ubi tumores
adsunt, flaccidi fiunt, emacrescunt, atque ossa
ipsa quasi relinquunt.

CUTIS etiam cito nec leviter vitiatur, varie
mireque mutatur, quam maxime autem in
extremis partibus, quae praeteriri minime de-
bent. Anserina, subcalida, sicca fit, difficul-
terque insudat; aliis dura et aspera est, prae-
cipue fetosis; aliis laevior laxiorque, quibus
cutis tenuior nec fetosa: externa membra
omni mutationi magis, quam interna, obnoxia
sunt.

QUIBUS cutis aspera est, plerumque pu-
stulae parvulae aridae radicibus capillorum
inhaerent,

inhaerent, et externa crura femoraque tenent, rarius in superioribus membris sunt. Summam cutem hae paululum eminent, et modo rufae, modo subflavae, modo purpureae, modo sublividae, modo variorum colorum sunt, et fere squamam minutam siccam supra habent. Quibus vero cutis laevior, minus opportuni his sunt, sed habent maculas pulicum morfibus similes, non ultra cutem summam eminentes; quae nunc rubrae, nunc purpureae, nunc lividae sunt. Aliquando et pustulae, et maculae, inter se invicem sparguntur, totumque membrum possident. Quibus cutis quoque aspera est, plerumque foramina, per quae capilli affurgunt, circa radices eorum multum contrahuntur, et cuti frequenter fuligineus color inhaeret. Contra, quibus laevior et mollior, foramina magis proapatula, et cutis multo albidior est.

ANSERINA cutis, a primis diebus morbi se ostendit, et omnes extremas partes, maxime autem externas percurrit, magisque ubi frigus est: ea tubercula anserina circa radices capillorum formantur.

CICATRICES, vel ex vulnere, vel ab ulcere, potissime vero a furunculo, celeriter colorem mutant, et primum fuscae, deinde lividae fiunt; sed tamen omni dolore vacant. Cicatriculam in plica brachii, post sanguinis detractionem, livescere, quae per duos menses ante sanescebat, et circulo luteo vivido circumdari, vidi.

CUTIS plerumque magis patitur, ubi aspera fetosaque, quam ubi laevior est. Medium vero corpus fere omnibus his ex toto vacat, paucis pustulis exceptis, quae hic atque illic circa scapulas, cervices, pectusque sparsae, curiosaeque exploratae, saepe orbe flavo

flavo splendido ab illis emanante, ad imaginem radiorum stellae, circumdari observantur.

PRAETER maculas supra dictas, quae cutem foedant in extremis partibus, aliae maculae quoque sunt, quae summam cutem tenent, vestigiaque fugillationum repraesentant. Sed ut illae externa membra praecipue, sic rursus hae interiora, fere et cubitum et femur, magis afficiunt. Plerumque hoc modo nascuntur: primum macula exigua, vel fusca, vel potius fuliginea, subflava ora circumcincta apparet. Tum sensim sensimque haec increfcit, et magis ad colorem lividum spectat, sursum deorsumque serpens, donec tandem tenet totum internum membrum, et nigrescit, habens in omni re veram similitudinem grandis vibicis. Interdum etiam multus dolor pluribus diebus hoc ipsum praecedit,

praecedit, et nigrities quasi ex fugillatione, intra noctis unius vel alterius spatium erumpit, totumque internum membrum possidet, atque tum quidem dolor subito desinit: id saepius in femore, quam in ulla alia parte, evenit. Antequam vero hae fugillationes corpus relinquunt, paulatim minuuntur, et color alius ex alio fit, adeo ut cutis coloribus omnibus instar iridis distinguatur, donec iterum in pristinum habitum revertitur.

OMNIA autem illa nihili aestimanda sunt, prae tumoribus incipiente morbo orientibus, membraque affligentibus. Coeperunt in summa cute cum macula quadam vix oculis patente, paululum a vero colore decedente, et ad fuscum aut fuligineum spectante, quae, praecipue circa ejus fimbrias, subito flavescit, et in medio parum elevari, et aciei et tactui apparet. Tum quotidie magis ac magis tumor

mor increfcit, fed maxime percurrit fecundum longitudinem membri, nec tantum in altitudine affurgit, quantum in caeteris tumoribus effe confuevit. Mobilis fub cute aliquandiu refat ubi contrectatur, nunquam tamen dolet, nifi digitis prematur.

Quo vetuftius autem vitium fubeft, eo magis tumor augetur, et altius a fuma cute quafi in mufculos fubjacentes penetrat; deinde immobilior redditur, fimulque corpus affligere, et dolere incipit. Tunc etiam varium colorem accipit, modo purpureum, modo lividum, modo plumbeum, modo fubnigrum, modo omnia haec quodammodo inter fe invicem mixta. A mufculis altius is, ufque ad ipfa offa penetrare, et mufculos iisdem affigere videtur, adeo ut durum immobilem tumorem uniuiformi praeftet, extendentem per totam membri longitudinem, et perquam dolentem, praecipue

praecipue aut flexo aut extenso membro. Ubi demum tumori paulum aetatis accessit, eo ipso contrectato, calor ingratus, ficcus, pungens, tactu fere semper percipitur, qui, digitis remotis etiam, per aliquod temporis spatium iis inhaeret, et ex toto ab eo differt quod in tumore inflammato sentitur.

EJUSMODI tumor plerumque externum cubitum et suram, praecipue autem hanc vexat, atque tum quidem, malum tam maxime fatigans et dolens accedit, quam unquam corpus scorbuticum affligit. Ubi igitur id fit, quod equidem frequenter est, vitium fere ad inferius medium carneum musculi gastrocnemii externi oritur, interdum incipiente, saepius autem increfcente morbo, et locum levi quasi dolore et rigore primum afficit, maxime autem inter ambulandum. Post haec, in brevi temporis spatio, tumor dolorque

cum duritie augmentur, et morbus paulatim sursum et deorsum per totum membrum serpit, tendens a calce usque ad poplitem; et interdum ex hoc, ad femur superius versus, dolor quoque spectat. Sura ipsa demum praecipue, et tumet, et indurescit, et maxime dolet, cutisque superextensa colorem alium atque alium rapit, ac totum membrum tandem intumescit, nihilominus tamen sic, ut pristinam formam quodammodo retineat. Aeger autem nunc, propter dolorem, sic porrigi crus pati non potest, ut calce terram premat, ac in secunda valetudine; sed perambulat claudicans summis digitis, genu semper flexo: ipsa junctura quoque interdum et dolet multum, et tumet. Bina vero crura hoc modo rarius vel nunquam simul afficiuntur.

PLUS deinde, tendines musculorum genu flectentium nunc explorati, stante aegro, vehementer

vehementer rigent, contrectati autem non multum dolent. Si vero in poplite ipso, inter tendines rigidos, medicus digitis premat, laborans tum multo dolore afficitur, sursum deorsumque se extendente. Tendo Achilles quoque aeque riget, ac eorum qui genu flectunt, sed admoto digito, non tantum dolet, quantum medium carneum gastrocnemii. Ex eo itaque judicare liceat, hisce in casibus, morbum minus afficere tendines, quam carnem musculosam; magisque, utpote cum vitium primam et praecipuam suam sedem in ipso musculo, et non in tendine, habere videatur.

ADJICIUNTUR ad haec alii tumores, qui molliores prominentioresque sunt, a magnitudine nucis avellanae, ad eam etiam ovi gallinacei plerumque assurgentes, et variorum colorum ut priores sunt; hoc excepto, quod cutis aliquando colorem naturalem conservat.

fervat. Ubi grandiores fiunt, dolent, sed non antea nisi premuntur, deinde frequenter degenerant in eos primae speciei, incrementis latitudine, non autem altius affurgentes, penetrantesque per musculos, usque ad ipsa ossa. Plerumque cubitos cruraque externa juxta tibias tenent; modo ad internos cubitos quoque apparent, modo ad brachia femoraque se affigunt, sed id rarius.

VIBICES vero tumoresve scorbutici, rarius medium corpus vexant, nec inflammantur, nec ad suppurationem spectant, nec saepe exulcerantur, nisi summa cutis ab aliqua vi externa frangitur; sed idem permanent usque ad mortem, vel paulatim evanescunt, prout aeger convalescit.

DENIQUE tumores scorbutici saepissime ita se habent, ut jam dictum est, ubi per se ex morbi natura coeperunt; maxime autem

C

variar;_i

variari possunt, vel ex aliquo colliso, vel ex plaga, vel ex alia re hujusmodi : tum enim id, quod affectum est, morbus subito rapit, et omnia quam celerrime in pejus ruunt.

ET pedes et crura quoque non raro in hoc malo intumescunt, eadem via pene quam in hydropicis. Tali enim primum vesperi, et post exercitationem, paululum tument, mane autem, simul ac homo surrexerit, id ipsum vix oculis patet ; crescente morbo, vitium quoque crescit, donec pedes et tibiae ex toto tandem afficiuntur. Tumores ejusmodi praecipue differunt ab iis, qui in caeteris morbis oriuntur, quod crura a fuligine quasi decolorantur, et fere maculae, aut luteae, aut sublividae, aut purpureae, cutem foedant ; et idem tumor digito pressus, fossulam quandam difficiliter reddit, quae item tardius rursus impletur. Ea saepius incidunt, quando-cunque malum jam inveteraverit.

QUOD ad ulcera vero pertinet, rarius si unquam in tumore scorbutico, vel ulla alia parte oriuntur, nisi ubi summa cutis prius, vel plaga, vel vulnere, vel ulcusculo, vel ab alia quacunque causa laesa est. Ubicunque autem id acciderit, frequentissima sunt, et dolent, et vehementer corpus fatigant. Facile haec ab aliis discernuntur, quandoquidem aegre pus emittunt, et plerumque quotidie, detecto ulcere, intus concretus cruor se ostendit, eique inhaerescit. Insuper etiam, aliquando evenit, ut caro spongiosa ex medio ulcere celeriter excrescat, et quamvis nunc ex toto, vel manu, vel medicamentis tollitur; nihilominus tamen, nunc subito, fungi ad instar, iterum iterumque excrescit. Sedes suas plerumque in ipsam spinam tibiae habent; pessima autem haec sunt, quae talum aut interiorem aut exteriorem vexant. Ea ipsa vero rarissime os infra positum vitiant, quanquam diu corpus affligant.

HIS propositis, transitus ab exterioribus ad interiora facilis est. Et quamvis febris est morbi genus, quod totis corporibus inhaerescit, et vitiorum frequentissimum, et generi hominum inimicissimum, nihilominus tamen scire licet, hanc ipsam rarissime si unquam in scorbuto se ostendere.

SOMNUS quoque modicus est, et quanquam vix ulla pars corporis humani aequè doloribus opportuna, ut caput est, attamen in hoc morbo ex toto dolore vacat. Lingua etiam naturaliter se habet, nisi aliquando paululum flavescit, sed rarius ulla sitis est; cibi cupiditas similiter plerumque viget; sensus pariter tuti sunt; et mirandum dictu! haec omnia fere idem permanent usque ad mortem.

PULSUS vero arteriarum different pro natura corporis, et tempore morbi, sed plerumque ubi lues vetustior facta est, exigui imbecillique

cillique sunt; aegro residente, septuagies, octogies, vel etiam nonagies, intra horae minutum fere agitantur; nonnunquam, sed rarius, quoque inaequales sunt, et intermittunt,

ALVUS plerumque perquam compressa est, et haec nota fere semper morbum antecedit per longum temporis spatium; interdum vero bene se habet. Rarissime vero vel nunquam dolor in ventre est, nisi ubi aut diarrhoea, aut dysenteria adest. Ea enim vitia ulterioribus diebus morbi non raro subeunt; haec autem saepe pestifera, illa salutaris est.

URINA sine difficultate fertur, sed paulo minus quam in consuetudine, et fere semper flammea est, quodammodo ad similitudinem vini Maderiensis. Ex qua, quod desidit, crassum et fuscum vel rufum est, et interdum purpureo mistum; deinde pars supra innatans

aquae similis fit, tum pellicula ad latera vitri concrefcit, eique adhaeret. Aliquando item aeger, inter meiendum, in fistula urinae calorem sentit.

INCISA vena inter principia morbi, fanguis erumpens, et tenuis, et subniger est; deinde concretum in patina humore subflavo circumdatum, mollioris laxiorisque habitus est, quam in sano corpore confuevit; in summa ejus parte rubet, et pellucet, in media autem et ima nigrefcit; interdum vero pelliculam subviridem supra tenet. Nunquam fanguinem nisi ubi malum incidit in vetustatem, quoniam tum semper judicavi, id esse vel supervacuum, vel contrarium. Non ignoro quidem, LUDOVICUM ROUPPE nuper proposuisse, fanguinem emissum ex corpore scorbutico, non tantum incipiente, sed etiam confirmato morbo, esse spissum, crassum* ;

* De morb. navigant. p. 145, 146, 158.

neque

neque quid respondere satis scio, nisi dicere liceat, quod sanguis Batavi, quodam modo, nescio quo, et spissus, et crassus fit, dum is Britanni, et rarus, et tenuis *.

SANGUINIS profluvium est, alias e naribus, alias e gingivis, alias ex ano, rarius autem ab ulla alia corporis parte, nisi ubi cutis summa laesa est, sicut in ulceribus, similibusque.

PROFUSIO autem salivae rarius vel nunquam in hoc vitio fit, nisi cum argentum vivum adhibeatur, aut aliqua alia res, quae salivam moveat.

COR non raro vehementer palpitat, praecipue autem, vetusto jam morbo, aut corpore moto.

* Mead's discourse on the scurvy, p. 104. Huxham on fevers, chap. v. Monro's diseases of British military hospitals, p. 257. 258. 262.

AEGRI scorbutici nunquam non fiunt maxime irritabiles, et animo, et corpore; hoc enim, frigus, omnisque perflatus celeriter vexat; illum, metus, tristitia, cito deprimit, laetitia vero et spes aequae subito erigit. Accedit ad haec, quod, qui olim fortissimi, omnique timore vacui, nunc pusillanimes sunt, omniaque vel minima timent.

CORPORA scorbutica videntur habere vim magnam repellendi omne quod inflamat; tumor enim ejusmodi rarius ad inflammationem aut suppurationem spectat, et febris rarissime, si unquam, hoc morbo laborantem affligit. Contra autem, plerumque ubi febris finitur, ibi scorbutus incipit.

UBI malum jam inveteraverit, frequentius magna difficultas spirandi est, animaque ex causa levissima deficit, haec autem sine dolore, sine tussi, sine sputo, sine sono sunt; sed tales angustiae,

angustiae, et gravitas totis præcordiis affiguntur, quales depingi verbis facile non possunt. In ejusmodi casibus, aegrotantes, quamdiu sine motu in lectulis decumbunt, videntur bene se habere; fortem enim vocem edunt inter loquendum, et cibum assumunt ut in sanitate; sed propter aliquas necessitates, ab una parte navis ad alteram moti, aut aëri aperto expositi, ex improvviso perierunt. Cujus rei illustre exemplum ipse cognovi: miles enim classarius scorbuticus in lectulo pensili placide jacens, commilitonibusque suis hilariter colloquens, emissariis tormentorum, post longam tempestatem, prope locum cui haesit, semel et simul apertis, aëre protinus irruente, homo subito extinctus est, non secus quam si fulmine ictus.

SCORBUTICI plerumque vitam cum morte placide commutant, omnesque sensus salvi ad interitum permanent; atque in pluribus casibus,

bus,

bns, obdormiscere potius, quam mori, recte dici possunt.

QUOD ad cadavera scorbutica vero pertinet, ab experientia propria nihil dicere possum, quoniam ea incidere mihi non concessum est; ideoque ab aliis auctoribus id ipsum est petendum.

DENIQUE illud ignorari non oportet, ea omnia, quae supra proposita fuerunt, tantummodo ad navigantes pertinere, et ad eos quoque, qui non ullo alio morbo simul laborant; ut puta lue venerea, tabe, visceribus infirmis, similibusque. His enim, genuinus et perpetuus habitus morbi multum mutari potest, ac magis variam formam induat.

USQUE adhuc dictum est de historia morbi, sicut plerumque mihi se ostendit; nihilominus tamen, apud auctores jure fidelissimos,
multa

multa minus vulgaria, satisque mirabilia indicia hujus luis, memoriae prodita fuerunt: itaque ego quoque, de una nota hujusmodi, in veniente capite tractabo.

C A P U T III.

De imbecillitate oculorum in corpore scorbutico.

INTER plurima loca quibus Britannia, virtute sua bellica, jure potita est, Calpe ceu columna una Herculea, non postremum tenet. Cum enim quasi clavis totius maris Mediterranei recte aestimari possit, grassante bello, classi regia semper munita est. Quae classis quidem, inter proxima bella, mirantibus omnibus gentibus, per hiemem totam heracleum finum tenebat, stationem malefidam carinis* ; obstantibus etiam saxis latentibus infra, ventis stridentibus supra, hostibus patentibus cir-

* Vid. le Siecle de Louis XIV. chap. xix.

ca; sed dic mihi, quid tentare nolunt, quid perficere non possunt navigantes nostri?

Hoc loco quidem, mirabile dictu! inveni hominem scorbuticum, qui interdiu satis, noctu autem nihil cernere posset; *νυκταλωπία* a Graecis morbus appellatur †. Hoc in casu autem, pro indicio potius, quam pro ipso morbo habendus est; quoniam scorbutico soli tantummodo adfuit, paulatimque cum eo decessit, nulla alia medicina adhibita, quam quae scorbutico propria erat; cum morbo venit; cum morbo diffugit.

NUNQUAM ipse antea observavi hanc notam morbo affigi, atque hunc unicum aegrum sic affectum, inter multos scorbuticos, tum habui. Sed ut certior factus sum, indicium fere perpetuum hujus morbi erat in classi Britannica Calpen tuente, anno nostrae salu-

† Foef. in Oeconom. Hippocrat. p. 263, 264.

tis millesimo septingentesimo sexagesimo et primo. Praeterea, DAVID SKIRVIN chirurgus classis regiae non mediocris, mihi dixit, se vidisse duodecim scorbuticos hoc indicio correptos in sinu Heracleo, anno supra dicto, ubi ille praefuit rei medicae in navi Activa dicta, quae nuper inclaruit, Hermione * rapta. Omnes ex toto curati sunt ac in ipso scorbuto; affectusque oculorum paulatim decesserunt, eodem modo, quo omnia caetera indicia corpus reliquerunt, semper enim inter notas mali annumerati erant.

QUOD ad nostrum aegrum autem pertinet, praeter multa alia graviora scorbuti indicia, ejus oculi ita se habuerunt: Caecitas nocturna sensim sensimque cum morbo accessit, donec tandem noctu nihil cernere posset; post haec, quotidie cum lumine desinit, tenebrisque repetiit, adeo ut alba et atra dif-

* Navis bellica Hispanica, sic dicta.

cernere non potuisset, quamvis etiam coelo fulgebant luna stellasque sereno. Et si lucerna accensa est, tamen nihil cerneret aeger, ipsaque lux ei obscura esse videbatur. Interdium vero res satis discernere posset, quam maxime autem ubi lumen fulgens erat, sicut in sole. Si item medio die descendebat in tenebras navis, caecitas statim rediit; ex quo cognosci potest, causam ejus esse eandem, tum interdium tum noctu †. Oculi ipsi vero clari erant, atque ex toto sani esse videbantur, nisi, quod paulum madebant, et pupillae multo magis dilatabantur quam ex consuetudine; hoc autem excepto, recte se vel contrahebant, vel dilatabant, prout plus minusve lucis eis oppositum erat. Nec calor, nec prurigo, nec dolor, nec tumor in palpebris erat; sed anguli oculorum, sicut in aliis scorbuticis consuerunt, cum quodam luteo pallore inalbescebant. Hoc vitium oculorum esse contrarium his,

† Vid. *Medic. Observ. and Inquir.* vol. i. p. 121, 122.

quae oriuntur ex imbecillitate cum inflammatione, liquet evidenter ex eo, quod in his, lux fulgens multum affligit, in illo autem, multum delectat.

NOVISSIMÉ ex dictis manifestum est, aegrum, ut recte conspectum rerum praestaret, lucem splendentem exegisse, eamque ex sole ipso; nam ille quidem verus fons luminis est, atque hujus magni mundi quasi oculus animusque.

CAPUT IV.

De causa proxima.

RERUM cognoscere causas semper jucundissimum est, id ipsum vero, propter humanam imbecillitatem, rarius mortalibus datur; veritas enim saepe in puteo alto quasi latet,

latet, felixque ille est, qui ex eodem sic haurire potest, ut omnibus clare pateat.

QUOD ad causam vero proximam pertinet, inter medicos auctores etiam multum disputatur, non modo de re; sed de verbo quoque*. Causa autem proxima morbi, duce BOERHAAVIO, viro et arte et facundia insigni, “appellatur tota illa simul, quae totum jam praesentem directe constituit; haec semper est integra, sufficiens, praesens, totius morbi, sive simplex fuerit, sive composita. Hujus praesentia ponit, continuat, morbum. Hujus absentia eum tollit. Est fere eadem res ipsi integro morbo. Hinc inquisitu utilissima, maxime necessaria †.”

ITAQUE causa proxima scorbuti, ut mihi videtur, est retentio et accumulatio multae materiae putrescentis, sensim sensimque nata

* Gaub. institut. § 60, 61.

† Institut. medic. § 740.

in corpore humano. Fons hujus materiae praecipuus, est remora corpusculorum putridorum, quae, in sano corpore expelli et in auras diffari solent, partim per vias urinae, partim per alvum, maxime autem omnium per foramina cutis pulmonisque invisibilia. Cor enim, dum vivimus, perpetuum mobile est, et sanguinem ex omni corporis parte vel minima accipit, iterum iterumque eum ipsum remittit. Hoc autem perficiendo, fluidum vitale magnum dispendium patitur; pars enim ejus, per renes quidem percolatur, et sub specie urinae corpore ejicitur, quae, et acris est, et cito corrumpitur*; pars cum stercore miscetur, quod et acre et foetidum jam redditur.

MATERIA vero, quae avolat per foramina cutis, non tam clare oculis patet, nisi ubi sudor ipse erumpit; summus autem Anato-

* Boerhaav. institut. § 375.

micus BENIGNUS WINSLOW, propriis oculis eam ipsam, vel certe ejus umbram, a capite nudo hominis in sublime ascendens, sub specie vaporis vidit *. ALBERTUS V. HALLER quoque, vir jure magni nominis, “ in cuniculis subterraneis Claufthaliae et M. Rammelsberg vidit de singulo digito, de facie, deque omni nudi corporis particula fumum nubemque exhalare †.” Copia perspirantis vaporis insignis et perpetua est, in omni homine, sub omni coelo, maxime autem calido; ut experimenta clarissimorum virorum staticorum docuerunt ‡. Scire autem licet, perspirantem vaporem esse acrem citoque putrescentem, ex “ nostri sanguinis natura, et in canibus sagace discrimine herorum, et aëris demum corruptione a respiratione ||.”

* Exposit. anatom. du corps humain. sect. vii. § 164.

† Element. physiolog. tom. v. p. 53.

‡ Haller. elem. physiolog. tom. v. p. 62.

|| Haller. prim. lin. § 439.

UBI autem fudor ipse, vel calore, vel motu corporis, vel ulla alia causa elicitur, omnibus evidenter manifestus est; is quoque et acris, et putrescens est. “Nimio motu aut calore regionis foetidissimus, tandem sanguineus redditur *. Praeterea, fordida vita et aliqua peculiaris infalubris humoris excretio foetorem facit in pedibus, inque toto corpore multorum hominum †.”

Ex pulmone autem quod exhalat, in frigidis locis per se patet, veniens ex ore fumi ad instar; in calidioribus autem, admoto speculo; hoc similiter et acre, et putrescens est. “Odoratum enim certe est, quod diffilamus, nobis ingratum, canibus sagacibus notissimum, et procul dubio imprimis ejus vitii reum, quod aër contrahit, quando turba hominum in angustium spatium stipatur ‡.”

* Haller. prim. lin. § 442.
tom. v. p. 48.

† Element. physiolog.

‡ Element. physiolog. tom. iii. p. 354.

HAEC quidem in saniffimis corporibus sunt; in morbidis vero notae majoris corruptionis saepius evidentiores sunt, ut apud auctores medicos videre licet. Id ipsum in scorbuto vetustiore quoque fit, ut manifestum est ex malo odore spiritus; ex gingivis putridis foetidis; ex urina flammea; ex visceribus internis corruptis, atque etiam ipsis ossibus †; ex sanguine soluto nigro; ex maculis lividis nigris; ex liquore colorato corrosivo, in cavo ventris aut pectoris invento ||.

A QUIBUSDAM autem dici potest, quaedam ex his indiciis oriri ab effectibus potius, quam a causa morbi, utpote cum non evidenter appareant, nisi ubi malum jam inveteraverit §. Utut autem id fit, quandoquidem spiritus male olet, et gingivae putrescunt fere a primis diebus, causam putridam a principiis

† Anson's voyage, Lond. 1749. p. 142.
 l'academ. royal. des sciences, 1699. pag. 237.
 de morb. navigant. p. 158.

|| Histoir. de
 § Rouppes

morbi in corpore latentem plane indicant : in hisce casibus quidem, causa et effectus adeo intime connectuntur, ut vix sane in idea separari possint.

NIHILOMINUS tamen quamvis aliquid in morbo est, quod semper putrescit, id ipsum vero in re ex toto differt ab eo, quod in multis febribus putridis adest. In his enim fere semper subest calor intensus, fastidium cibi vehemens, dolor capitis et temporum, delirium, sitis magna, rarius si unquam vero in illo. Accedit ad haec, quod febres putridae alia atque alia corpora inficiunt, et pares generant; scorbutus nunquam. Ut equidem multum inter se discrepant causae quae inflammationem gignunt, (si fas est judicare ex effectibus), prout fit in variolis, in morbillis, in lue venerea; sic etiam idem fieri potest in causis putridis, adeo ut morbos ex toto inter se differentes creent; alias pestilentiam

veram, alias tormina ventris, alias febrem Indicam flavam, alias anginam malignam. Ex dictis igitur judicare licet, causam putridam scorbuti in totum diversam esse ab illa multorum aliorum morborum: et nunc itaque inquirendum est, unde ea oritur, et quomodo vitium scorbuticum excitare potest.

OMNES humores corporis humani, ut supra comprehensum est, per se ad putredinem spectant*; atque quidem in re putrescerent, si recentes succi a cibo orientes omnique putredini obstantes, non semper eis adjecti erant. Cura enim Dei magna id ipsum praevidens, facultatem cuicumque fere rei, quae vel esca vel potus homini est, repellendi omne putre dedit; ut ingeniosissimi viri JOANNES PRINGLE Baronettus †, et DAVID MACBRIDE ‡, nuper invenerunt. Haec

* Vid. p. 35. 36. 37. † Appendix to the diseases of the army. ‡ Experimental essays, Edit. 2.

corruptio igitur naturalis est omnibus plus minusve, etiam a natu usque ad extremam aetatem. At ne id quidem nimis cito superveniret, natura intestina, vias urinae, foramina invisibilia cutis pulmonisque creavit; ut essent velut tot spiracula, per quae materia putrescens, tam celeriter corpore exeat, quam generatur.

Si autem cibus quotidie assumptus ad putredinem valde spectet, sicut fit in diaeta marina *; tum equidem sequitur, materiam putrescentem in corpore multum, et in vi, et in quantitate augendam; quam maxime autem si tum spiracula corporis aliquantum clausa sint. In scorbuto verum, alvus compressa est, urina minor quam in consuetudine, summa cutis semper, et ficca, et constricta, adeo ut rarius insudet. Pulmo etiam difficile expanditur, atque dehinc perquam verisimile

* Vide p. 59.

est, quod multo minus perspirat quam in sano corpore *. Praeterea, cum malum plerumque tam subito pectus vexet, sine ulla nota externa, testatur pulmonem praecipue et cito in scorbuto affici; atque etiam cadavere inciso, idem confirmatur †. Ideoque manifestum est, materiam noxiam et putrescentem in hoc morbo, quae expelli debet, paulatim in corpore retineri et accumulari. Ex omnibus vero his retentis, mora materiae, quae in secunda valetudine, per foramina cutis pulmonisque transire consuevit, quam maxime noxia est; cum plerumque, et in quantitate, et fortasse in facultate quoque, caetera retenta excedat.

CAUSA igitur scorbuti, a structura nostra ab origine, nobis inhaeret, semperque se ostendere, in omnibus corporibus, omnibus-

* Vid. Hales's stat. essays, vol. ii. p. 86. 87.

† Rouppe de morb. navigant. p. 152.

que temporibus parata est. Tantummodo enim requirit extrinsecus, gradum frigoris quendam per aliquot temporis spatium protractum, et multi motus corporis absentiam, ita ut materia putrescens, quae excerni consuevit, paulatim intra corpus retineri possit; simulque intrinsecus, tales cibos et potiones, quales, vel parum, vel nihil succi putredini repugnantis praebent.

Ex eo quoque sequitur, quod si cibus et potio tantum putredini obstant, quantum excedant vi materiam putrescentem intus retentam, morbum nunquam futurum, in ulla aetate, in ullo coelo. Homines enim, usu olerum, aut ullius cibi potionisque putredini repugnantium, in omnibus frigidis locis, scorbuto vacare possunt. Contra autem, ubicunque fit, assumpta, materiae putrescenti intus retentae, non satis repugnare, scorbutus certissime oriri potest, in omnibus regionibus

bus

bus, ab utroque polo ad eam lineam quae medium orbem terrarum fecat.

UTPOTE cum autem, in regionibus semper calidis, foramina cutis adeo patula sint, ut materia putrescens corpore exeat aequè cito ac generatur, morbus rarius apparebit; quamvis idem genus cibi assumitur, quod certe scorbutum in frigidioribus locis crearet, ubi materia putrescens magis frigore obferatur et retinetur. Ob hanc causam quoque fit, regiones frigidas, magis obnoxias huic vitio esse, quam calidiores; et hieme, quam aestate. In India enim Occidentali, sub coelo Caribbaeo, nautae nostri diaeta marina utentes, salvis tamen corporibus, salem ipsum, ex omni parte corporis, sub specie sudoris expulerunt, et in copia quoque vix credibili. Vidi enim eum salem sic insudare per calceamenta, maxime ad oras eorum, ut crustas falsas albas, iisdem inhaerentes, formet,

met, ter vel quater spatio diei; et cum idem linguae admoveretur, perquam stimulans, et acris erat; calceamenta quoque putrere, et dehiscere fecit. Si igitur per foramina pedum, tantum materiae ejicitur, quantum judicare liceat expelli per totam superficiem corporis, quae, his in regionibus calidis, semper semperque humore profluit? et quantum differentiae sit quoad quantitatem materiae, quae sic, dato tempore, iis locis calidis corpore ejicitur, ex ea, quae frigidis expellitur, minime difficile est conjectare?

HAEC materia per vias cutis sic expulsa, tam noxia est, quam enecare ea animalia, quae, in frigidioribus regionibus, infestare corpus humanum solent, et a Graecis *πρόδιαια* nominantur. Quamvis id mirum fortasse quibusdam videatur, tamen res est bene cognita his sub zona torrida navigantibus. Idque quidem in mentem revocat, narratiunculam
 illam

illam de quam maxime nobilissimo Don Quixote de la Mancha *. Hic enim, inter navigationem suam ulnas non multas numerantem, in rivo fati parvo, vultu serio res magnas intus testante, armigerum suum humilem rogavit, ut totum corpus manu pedentim percurreret, et perscrutaretur num forte haec animalia adhuc non corpus reliquerant; simulque dixit ei, Hispanos ad Indiam navigantes, his absentibus, fati certo scire, an lineam aequinoctialem transiissent necne. Dictum factum; Sancho enim obediens, poplitem finistrum versus, manum caute sub veste admovit, et paulo post, vultum significantem magistro attollens, Eques intelligens ei inquit, Invenist'n' unum igitur? Imo plura, respondit Sancho, digitos simul celeriter quassans; tum subito manum foedatam aquis bene lavit. Sed haec obiter.

* Famous adventure of the enchanted bark.

Ex propositis itaque, ut judico, recte colligere liceat, causam proximam scorbuti omnino oriri ex retentione materiae putrescentis in corpore, atque igitur minime evenire posse, ex evaporatione aëris fixi, aut ullius alii vaporis per foramina cutis, ut DAVID MACBRIDE, ab ingeniosissimis suis experimentis credere videtur*. Vix enim existimari potest, quin hisce in regionibus calidis, multum magis aëris hujus fixi transeundum sit per foramina cutis, quam in frigidis, ut ipse confitetur †; tamen non modo scorbutum non facit, sed contra, quod hac via evacuatur, ei prohibendo maxime praestat. Nihilominus tamen, nostri, his in locis calidis, quam maxime tum opportuni erant aliis morbis putridis, prout torminibus ventris, et febris flavae Indicae; scorbuto verum minime, quamvis ex toto diaeta marina utebantur.

* Exper. Essays, p. 87. 88. 89. 90. & 157. 158.

† Vid. p. 158.

Quae res quidem quoque genus testimonii est, causam putridam horum morborum omnino discrepare ab ea scorbuti.

DENIQUE igitur, causa proxima scorbuti nascitur a retentione et accumulatione multae materiae putrescentis, sensim sensimque in corpore humano factæ. Atque ortum præcipuum habet a frigore foramina cutis claudente, et a cibo et potione, quae, vel per se natura putrescunt, vel certe non adeo aliena putredini sunt, ut succo sanguinique fatis materiae dent, quae corruptioni nunc corpori inhaerenti obstet. Hisce rebus enim, malum magis magisque increfcit, paulatim totum corpus afficit, et fluida et solida corrumpens, tandem producit omnes terribiles effectus scorbuti, hominemque jugulat.

CAPUT V.

De causa praedisponente.

CAUSA praedisponens scorbuti est quodcunque vel per se, sensim sensimque generat, vel generare spectat, multum materiae putrescentis, in fluidis et solidis corporis humani. Multae variaeque sunt causae quae ad scorbutum creandum pertinent, cum in mari, tum in terra; sed dicam tantummodo de his quae in alto eveniunt navibus bellicis Britannicis, utpote cum ex his solis morbi historia orta sit.

PRÆCIPUAE vero ex his sunt frigus in aëre; quam maxime autem tales cibi potionesque, quales vel per se cito putrescunt, vel difficile digeruntur, vel praebent stomacho parum materiae antiputrescentis in sanguinis circuitum post absorbendae. His remotis

I

enim,

enim, caeterae causae parum valent, et rarius si unquam morbum facerent in ullo corpore aliter sano, aut in ullo coelo.

QUOD ad aëra vero pertinet, diligentissimus JACOBUS LIND, in tractatu suo excellentissimo de scorbuto, condemnavit ejus humorem sive aquam, sicut principem et praecipuam causam praedisponentem scorbuti*. In eo autem erravit, frigus enim in aëre, et non aqua, est princeps causa praedisponens; aqua enim sine frigore, rarissime si unquam parens est scorbuti, sed morborum generis plane diversi; prout febris pestilentialis, torminum ventris, caeterorumque morborum febre junctorum. Aqua tantummodo laedit in scorbuto, prout vel plus, vel minus, frigore miscetur.

ILLE parens omnis medicinae HIPPOCRATES, primus omnium observavit, calorem

* Treatise on the scurvy. Edit. 2. p. 68.

aqua conjunctum, esse causam morborum pestilentialium *, et post eum quidem multi alii non mediocres viri; GALENUS †, CELSUS †, LUCRETIUS poeta ||, DIODORUS SICULUS historicus **, PROSPER ALPINUS ††, LANCISIUS ††, MEAD ||||, PRINGLE †. Non unus autem horum omnium, quicquam memoriae prodidit de scorbuto tum grassante: morbus igitur oriundus est ab aliqua alia manifesta et obvia aëris facultate, id est, ab ejus frigore. Et quod notatu dignum est, apud omnia testimonia a Doctore LIND allata, ut probet aquam in aëre, et non frigus, esse principem causam praedisponentem scorbuti, verbum Anglicum *cold* plerumque non tan-

* Epidem. lib. iii. sect. 3.

† De temperam. lib. i. cap. 4. et Com. in Epidem. lib. iii.

‡ De medicin. lib. i. cap. ii. p. 22. cap. v. et x.

|| Lib. vi. v. 1099. 1100.

** Bibliothec. hist. lib. xiv. cap. 70. 71.

†† De medicin. Ægypt. lib. i. cap. 14. et 15.

‡‡ De nox. palud. effluv. lib. 2. Epid. i.

|||| Discourse on the plague.

† Diseases of the army, edit. 6. part i.

tum adest, sed etiam primum locum tenet; nihilominus tamen aquam solam fere semper reprehendit *.

IPSE quidem ubique, in suo tractatu, facile concedit frigus quando aqua conjunctum, vim ejus perniciosam multum augere posse; simul autem adeo sibi persuasum habet, aquam in aëre esse causam maxime praedisponentem, ut contendat eam per se facere morbum posse †. Contra vero, negat ex toto frigus per se, sine aqua in aëre, unquam scorbutum generare posse, nisi forte ubi vehementissimum, ut in Greenlandia ‡. Nihilominus tamen idem, in alia parte ejus libri, confitetur frigus regionis certissime plurimum valuisse ad morbum gignendum; haec enim sunt ipsissima verba: *But here it may be worth while to re-*

* Vid. p. 66. 72. Mr. Murray's letter, p. 67. Mr. Ives's journal throughout, p. 94.

† Vid. p. 71. 229.

‡ P. 87. 228. 229.

mark, that in all those parts where the scurvy was formerly so peculiarly endemic, by reason of their marshy and damp situation, together with their gross unwholesome diet, the cold of the climate must certainly have contributed a great deal towards its production. For we observe, that at Venice, whose situation is as damp as most places, the disease is unknown.*

AUCTOR noster, in haec inter se repugnantia proditus esse videtur, arbitrando aquam in aëre semper abundare in omnibus regionibus ubicunque frigus adest, idque etiam pro gradu frigoris; ejus dicta enim de hac re ita se habent: “*For all these northern countries, viz. Iceland, Groenland, the northern parts of Russia, &c. are subject to great fogs, not only in summer, but in winter, and when the cold is excessive, are pestered with what is called frost-smoke; a vapour which rises out of the sea*

* P. 90. 91.

like smoke from a chimney, and is as thick as the thickest mist *.” Id citat ex narratione cujusdam JOANNIS EDGE, qui in Greenlandia vixit quindecim annos, atque tum quidem idem argumentum curiose applicat ad Icelandiam, Groenlandiam, septentrionales partes, Ruffiae, &c. †

QUOD ad illam partem Greenlandiae pertinet quam JOANNES EDGE habitabat, nescio; sed contra, fatis certum est idem minime contingere in aliis partibus Greenlandiae. Id enim evidenter manifestum est ex ephemeride tempestatis quotidie servata a septem nautis, qui in Greenlandia hibernarunt, et scorbuto perierunt; nulla mentio enim ibi facta est de vapore dicto *frost-smoke* JOANNIS EDGE. Imo contra, tantillum vaporis ullius generis in aëre tum observatum est, ut intra octo mensium intervallum, frigoribus mediis,

* P. 87. 88.

† P. 87. 229.

decem dies tantummodo nebulosi essent; quod fortasse vix dici potest, hiberno tempore, de ulla parte Magnae Britanniae. Plus deinde, simul multum de sole, de luna, de stellis loquitur, et postrema verba scribae ephemeridis erant, Diffuso lumine, coelum nitet, sol effulget, ventus ut antea—mорий*.

PRAETER haec, in variis partibus Septentrionalis Americae, prout apud urbem Quebec, hieme grassante, coelum longo temporis spatio serenum manet, tamen scorbutus tum evenit, si frigori huic sicco diaeta marina tantummodo adjicitur †. Idem recte dici potest de pluribus partibus Russiae, Tartariae, Lapponiae, Suediae, Norvegiae, in quibus, hieme manente, omnia stagna tunicam crassam glaciei induunt, per quam nihil humidi

* Churchill's collect. of voyages, vol. 2. p. 349.

† Monro's diseases of British military hospitals, p. 251.

penetrare potest, tota summa terra omnino gelu et nive obferatur; nihilominus tamen, hoc ipso tempore, scorbutus non tantum se ostendit, sed etiam morbus quam maxime popularis et terribilis est. Contra autem, simul ac calor aquam vinculis solvit, scorbutus celeriter fugit, quamvis aër tum multo magis humore gravis est quam prius, morbi que generis plane diversi tum superveniunt, prout febres et intermittentes, et remittentes, et tormina ventris. Quae omnia quidem, ex literis JOANNIS COOK ad ipsissimum LIND, clare apparent*.

UT veniamus autem propius ad gradum frigoris plerumque necessarium ad scorbutum creandum, in navibus bellicis Britannicis, non ex toto alienum a proposito meo fit, mentionem facere eorum quae ipse de hac re di-

* Treatise on the scurvy, p. 276.

dici. Experimenta igitur a me facta de calore et aqua in aëre, et freto in Anglico, et oceano in Atlantico, et in mari Mediterraneo, et sub coelo Caribbaeo, docent me dicere, scorbutum ubique terrarum in navi sub diaeta marina oriri posse, quandocunque argentum vivum in thermometro Fahrenheitiano infra numerum sexagesimum concidere, sive aër ficcus, sive humidus est. Contra vero, ubicunque terrarum calor aëris adeo magnus est, ut semper attollat argentum vivum supra numerum septuagesimum, morbum rarissime futurum esse, quamvis aër tum aqua maxime gravidus, et navigantes quoque sub diaeta marina sunt.

Ex dictis igitur plane patet, frigus in aëre, et non aquam, esse principem causam praedisponentem scorbuti; atque hanc aquam tanto laedere in scorbuto, quanto vel plus vel minus frigore miscetur.

Vis ficcans aëris frigidi bene cognita est
poëtis, cum antiquis, tum recentioribus, at-
que apud eos graphice depingitur; sic enim
canit Virgilius Maro,

*Ne tenues pluviae, rapidive potentia solis
Acrior, aut boreae penetrabile frigus adurat.*

Georg. lib. i. v. 92. 93.

NEC minus quidem eleganter Homerus
noster Britannicus;

————— *the parching air*

*Burns frore, and cold performs th' effect of
fire.*

B. ii. ver. 594. 595.

IDEM Miltonus divinus ejusdem rei men-
tionem fecit alio in loco operis, ubi Angelus
Michaël jubet Adamum, hominum primum,
observare, quid insuper futurum sit!

*He look'd and saw the ark hull on the flood,
Which now abated; for the clouds were fled,*

Driv'n

*Driv'n by a keen north wind, that, blowing
dry,*

Wrinkled the face of deluge, as decay'd.*

B. xi. ver. 840. &c.

HAEC de aëre. Nunc igitur veniendum est ad cibos potionefque nautarum Britannicorum. Haec vero omnia fere mali succi sunt, caro bubula fuillaque falsa, panis biscoctus, pollen tritici avenaeque, pisum, butyrum salitum, caseus vel durus vel salitus; pro portione autem cerevisia tenuis, vinum, spiritus ardens cum aqua dilutus. Haec est diaeta marina.

Ex omnibus his caro pessima est, five vero id sit propter salem, ut alii contendunt †;

* Paradise Lost.

† Boerh. institut. § 760. Van Swiet. comment. in aph. Boerh. § 1153. Linnæus's letter to Dr. Lind in treat. on scurvy, p. 282.

sive propter carnis ipsius corruptionem, ut alii *; sive propter utrumque, ut alii †; non controversiam movebo: sed ita rem se habere multa exempla docuerunt.

“BATAVI cum hiemali tempore pisces falsamentarios familiaque in deliciis habeant, imo recentes carnes fastidiant plurimi, frequentius scorbuto laborant ‡.”
Methodicus LINNAEUS memoriae prodidit, scorbutum apud Suecos, imprimis apud plebeios, frequentissimum morbum esse; eosque qui per longam hiemem cibis falsis, carnibus falsis, et imprimis halecibus falsis sustentantur, eo laborare; contra vero Lappones, qui fere omnes ignorant falsi usum in cibo, a scorbuto immunes vivere ||.

* Diseases of the army, by Sir John Pringle, edit. 6th. append. p. xci.

† Van Swiet. com. § 1150. Lind, p. 51.

‡ Van Swiet. com. § 1150.

|| Letter to Dr. Lind, p. 282.

Hieme proxima post captam urbem Quebec, duce peritissimo fortissimoque WOLFE, qui animam cum sanguine pro patria splendide fundebat summo illo Monte Abrahamo, exegitque illic famae monumentum aere perennius; scorbuto victores correpti sunt*. Id ipsum vero maxime ex cibo falso evenisse, scire licet, quoniam hieme sequente, milites carnibus frigore solo conditis utentes, salvi ex toto manserunt.

Ex caeteris cibus vero, butyrum salitum et caseus pessima sunt; pisum, triticum, meliora; avena autem panisque biscoctus, optima. Butyrum, ab oleo ejus rancido saleque conjuncto, maxime laedit; et caseus si mitis, fere durus et ficcus est, ac itaque aegre concoquitur; si acris autem et vetus est, vehe-

* Monro's diseases of Brit. military hosp. p. 251.

menter malum auget †. Tritici pollen aqua subactum decoquitur, et quamvis sevo, vel uvis minoribus majoribusve mixtum, ut plerumque fit, tamen et grave, et tenax est, difficileque digeritur. Pisum decoctum lene est, sed inflationes creat, maxime in imbecillis corporibus. Avenae decoctum, succum quodammodo chylo aemulantem praebet; nihilominus tamen, nostri saepius id ipsum respuunt. In pane plus alimenti est, quam in ullo alio; nautae enim est quasi sustentaculum vitae, ad quod semper confugere potest, ubi caeterum genus cibi vel corrumpitur, vel deficit; interdum vero ipse vitiatur, aut mucore, aut insectis, ac tum quidem infortunium magnum nautis est. Omnia haec dicta corpus ficcant, spiraculaque ejus astringunt; atque igitur alvus navigantium fere semper plus minusve compressa est.

† Van Swieten, com. § 1160.

Ex potionibus vero, cerevisia tenuis primum locum tenet, et ubi bona nobilis liquor nauticus est; dolendum autem quod cito corrumpitur, ideoque rarius nisi maribus Britanniae circumjacentibus utenda. Vinum, plerumque rubrum, in mari Mediterraneo frequens est, aliter rarius vel nunquam invenitur; corpus multum reficit, stomachum juvat, alvum autem astringit, assumitur bis die ad quantitatem octo unciarum. In omnibus caeteris regionibus, spiritus ardens cum aqua dilutus pro potione est, similiter datur bis in die ad numerum quatuor unciarum, aquae vero duodecim; atque tum nostris nominatur *Grog*: potus primum inventus a summo illo praefecto navali VERNON, magnique aestimatus nautis, liquorem enim vitae eum ipsum vocant. Quamvis enim spiritus ardens, vel per se, vel liberaliter assumptus, maxime noceat, ut LIND contendit*; vel

* Treatise on the scurvy, p. 81.

quia parum aëris fixi generat, et separationi ejusdem ab alimento obstat, ut MACBRIDE*; nihilominus tamen, dilutus aqua et mediocriter assumptus, fibras laxas spissat, stimulat, stomachum juvat, aquam saepius putridam pro potione communi usam corrigit, ideoque nomine liquoris vitæ apud nautas non omnino indignus est.

Si quisquis nunc hic sistitur, et recte in animo volvit revolvitque naturam, et cibi, et potionis nautae Britannici, facile videbit quod in illo, nihil vix est nisi quod aut cito et sponte putrescit aut aegre digeritur, et in hac, tantum haeret quod putredini obstat. Itaque ad morbum praecavendum, necesse est vim antiputrescentem aquae, potus communis nautarum, maxime augeri, et res demum perficitur. Id autem optime praestat succus, aut aurantiorum, aut limoniorum, spiritu ar-

* Exper. essays, p. 186.

dente mixtus, multaque aqua dilutus, et hominibus datus ter in die eodem modo quo liquor *Grog*, ita ut ex toto pro potu communium nautarum fit cerevisiae tenuis instar. Atque inter bibendum, si est, saccharum addatur, et tum quidem succus fit, filiis Neptuni minime indignus.

Sic enim nautae liquorem habent quotidie assumptum, qui stomachum leniter et jucunde stimulat, alvum emollit, urinam movet, et per ea itinera quodcumque noxium est expellit, ubicunque frigus invisibilia foramina cutis pulmonisque aliquantum claudit, ut fit in omnibus locis frigidis quos scorbutus plerumque infestat. In eodem succo quoque vis inhaeret, corrigendi, mutandi, et destruendi materiam putrescentem intus retentam, aequae ac eam dissipandi per vias supra dictas. Qualis liquor saluber igitur quotidie tam liberaliter assumptus, expectationem

pectationem nostram, ad praecavendum morbum navigantibus tam perniciosum, vix fallere potest. Accedit ad haec, quod idem ipse potus omnibus aliis morbis venientibus occurrit qui a quocunque putrido oriuntur, et ex quibus solis, si verum est quod memoriae proditum fuit, octoginta sex millia et sexcenti hominum navigantium, et plus etiam, manente bello proximo, perierunt*. Igitur omnibus maritimis gentibus id ipsum propono, quam maxime autem tibi, O Britannia! omnis commercii magistra.

A DIAETA marina ad olera, fructus, et hujusmodi similia, quae navigantibus defunt, transitus facilis est. Via longa et flexuosa intestini humani, moram bene longam cibi assumpti significat. Hac autem mora in loco tepido, humido, omnia assumpta celeriter ad putredinem spectant, quam maxime autem

* Macbride, p. 173.

caro omnis generis. Itaque summus omnium conditor, a sapientia sua optima, herbas fructusque, pro usu humano, ex terra fudit, et tum dixit, Accipe, ede; in ipsis enim creaverat vim depellendi quodcunque putridum est, et sic vitam hominis protrahendi. Haec enim, ubi materia cum ulla putrescente in loco tepido humido, sicut in ventriculo humano, coëunt, vaporem subtilem, volatilem, activum emittunt, qui substantiam totam penetrat, et putridum quod ei inhaeret mutat, tollit, habitumque ejus nunc laxum firmat, ut experimenta aurea JOANNIS PRINGLE Baronetti *, et DAVIDIS MACBRIDE †, nitide docuerunt.

IDEM autem vapor, ut res videtur, per totum corpus fertur, et mirandum auditu! quod semel volatile erat nunc fixum est, et fit quasi vinculum omnium corporis humani

* Appendix to diseases of the army.

† Exper. essays,

partium: cum enim quidē rursus avolat, durissimae etiam subito solvuntur. Quae omnia fane, ingeniosissimus seculi nostri vir, quem nuper vidimus, STEPHANUS HALES, eleganter demonstravit; ille enim primus omnium ex vinculis ejus vaporem aëreum solvit, ac sensui humano recte exposuit †.

CUM itaque homines navigantes his vinculis vitae nimis saepe orbantur, et carnem falsam et similia putrescentia edunt, nil mirum est, quod corpora sua tali corruptione solvantur qualis in scorbuto est.

NEQUE quidem ratio latet, cur malum, herbis folis adhibitis, saepe tam cito finiatur: cujus rei satis insigne testimonium memoriae prodidit clarissimus BACHSTROM. Siquidem nauta quidam Batavus, cum, in nave ad Groenlandiam appulsa, hoc morbo jam adeo

† Vid. Staticks, vol. i. and ii.

oppressus esset, ut nec manibus nec pedibus valeret, nihilominus tamen herba cochlearia, pecudum more, pastus, intra paucos dies ad sanitatem corpus ejus venit*.

ITEM ratio patet cur caro jurulenta cum oleribus tam celeriter morbum tollit; quoniam multum alimenti vinculorumque vitae simul corpori dat, ventrem etiam solvit, et urinam et sudorem movet, et sic per haec itinera vitium ex corpore pellit, et in auras diffiat. Caro jurulenta verum sine olere morbum aegre tollit, quia tantummodo corpus alit, sed, per se, non satis vaporis anti-putrescentis ei praebet; atque ipsa quoque cito ad corruptionem spectat, neque tam facile vias corporis resolvit, ut intus malum exeat.

DEMPTO autem omni olere, scorbutus tamen non semper tam cito sequitur, quam

* Observ. circa scorbut. p. 8.

JOHANNI BACHSTROM visum est * ; ut judicare licet, ex iis hominibus quos mala fortuna in Greenlandia, sine olere, sine herba ulla hibernare cogebat ; tota terra enim gelu et nive semper alba erat, tamen vixerunt, et etiam sanis corporibus †.

HAEC sequuntur causae morbi magis remotae, quarum precipuae sunt, tristitia, timor, immunditia tum corporis tum vestimenti, homo male vestitus, imbecillitas vel a morbo vel a quacunque alia causa oriens, corpus inexercitatum. Ea omnia quidem, spiracula cutis plus minusve claudunt, materiam noxiam putridam in corpore sensim sensimque retinent, accumulunt, ideoque quantum fieri potest vitanda sunt ; quam maxime autem corpus inexercitatum.

* Observ. circa scorbutum.

† Church. collect. voyag. vol. iv. p. 746.

OMNES boni navarchi semper munditiam student, et in navi ipsa, et in hominibus; atque propriis oculis haec omnia probe observant.

VESTIMENTIS idoneis vacare, magno malo est navigantibus, eos enim multis morbis obnoxios reddit, praecipue vero in frigidis locis; experti nautae id ipsum optime norunt, de hac re enim semper studiosi sunt. Atque quidem optandum est, ut qui rebus maritimis nostris praesunt, vel omne genus vestimenti navigantibus suppeditarent, sicut in exercitu factum est; vel certe, ut unicuique homini subuculam laneam fortem cum manicis, simulque calceamenta fortissima darent. Sic enim summa cutis, a frigore in hisce partibus defenderetur, et venienti morbo occurreretur: accedit ad haec, quod, quandocumque pedes frigent, totus homo friget.

QUOD ad exercitationem vero pertinet, supra dixi sudorem esse vitam ipsam navigantium †, et nunc id repeto; ab eo enim, morbus in incunabulis quasi jugulatur, et ventis datur. Semper igitur juvat sudor, five calore solis, five motu elicitur; ideoque omnia corporis exercitationum genera profunt, maxime autem sub divo, et quae mentem simul hilarant.

EXIGUUM quidem spatium exercendi in navibus plerumque est, oportet igitur homines, id ipsum supplere, callidis suis inventis; ut olim fecit fortissimus ille dux EUMENES, ad servandam pulchritudinem valetudinemque equorum suorum, ubi in castellum Phrygiae, quod, nora appellatur, confugit. “ In quo, cum circumfederetur, et vereretur, ne, uno loco manens, equos militares perderet, quod spatium non esset agitandi; callidum

† Vid. p. 9. et 44, 45.

fuit ejus inventum, quemadmodum stans jumentum calefieri exerceri que posset, quo libentius et cibo uteretur, et a corporis motu non removeretur. Substringebat caput loro altius, quam ut prioribus pedibus plane terram posset attingere; deinde post verberibus cogebat exultare, et calces remittere: qui motus non minus sudorem excutiebat, quam si in spatio decurreret. Quo factum est, quod omnibus mirabile est visum, ut jumenta aeque nitida ex castello educeret, cum complures menses in obsidione fuisset, ac si in campestribus ea locis habuisset *."

NAVIGANTES autem commode exercent, ambulatio, saltus, cantus, arma, bellique simulacra, quae semper praefectis navis excitari debent.

SEMPER autem in memoria tenendum est, quod ut labor venientem morbum recte pug-

* Corn. Nep. vit. Eumen.

nat, sic quodocunque scorbutus jam adest, periculosissimus fit; multi enim, tunc temporis id perficiendo, subito extincti conciderunt*. Igitur, ubicunque scorbutus incipit, tum omnis vehemens motus corporis finiri debet; atque id quidem nos ducit ad ipsam morbi curationem.

CAPUT VI.

De curatione morbi.

DIXI de natura et causis mali, nunc transeundum est ad ipsam curationem. Atque ut in historia morbi, de illo in totum tractavi prout in mari se mihi ostendit nostris in navibus bellicis; sic etiam, de ratione mendi quam inveni his optime respondisse in alto, tantummodo dicam.

* Anson's voyage, p. 142.

AB experimentis aliorum incipiam, et imprimis KRAMERI; viri in hoc morbo experientissimi. Ille enim, cum multiplicem medicinam auctoribus decantatam contra hoc malum tentasset, ast proh dolor incassum! tunc demum, ab experientia sola invenit, corticem Peruvianum multum praestitisse, succum autem aurantium et limoniorum saccharo in testis conditum, morbum per se ex toto solvisse †.

NUPER vero, expertissimus chirurgus JOHANNES HODGKIN ad classim regiam perti-
nens, haec duo, sub diaeta marina, recte conjunxit; duabus enim vel tribus septimanis elapsis, morbus vel ex toto desit, vel certe parum nocuit. Haec medicina autem sic utenda: alvus si astricta leniter movenda est, tum drachma una corticis Peruviani cum un-

† Kramerii disput. epist. de scorbut. Norimberg, 1737.
See Lind also, p. 160. (r)

cia una fucci limoniorum ter in die danda est, et membra aegri nocte maneque cum aceto bene fovenda sunt; haec quotidie servanda donec morbus ex toto solvitur.

Ego quoque id ipsum in alto mari navi diu haerente, cum fructu expertus sum. Succus etiam aurantium idem aequae praestat ac is limoniorum. Pulverem vero corticis Peruviani interdum nocere inveni, ubi difficultas spirandi aderat; quae fere semper in morbo vetustiore fit. Itaque pulverem tum rejeci, et tincturam praecepi quae habuit corticis Peruviani uncias duas cum semisse, myrrhae semunciam, spiritus vini Gallici libram unam: hujus tincturae semunciam dedi ter in die, cum uncia una fucci vel aurantium vel limoniorum mistae, et optime respondebat, quamvis spiritus difficultas tum aderat.

QUAERI potest, cur spiritus, pulvere adhibito, gravior redditur; tinctura autem minime? modum operandi quidem ex toto ignoro, sed oriri videtur ex quodam quasi consensu inter ventriculum et pulmonem; cito enim res evenit, antequam quid pulveris vix vel ne vix vasa absorbentia intrasse potest. Idem quodammodo observare licet in quibusdam hominibus, vel nucibus vel amygdalis assumptis, paulo post enim spiritus multo gravior fit. Sin vero contra, horum emulsionum assumuntur, res minime ita se habet, sed potius adjuvant pectus, quam gravant. Si autem ullo tempore cortex Peruvianus hoc in casu laedit, aut sub specie pulveris, aut tincturae, semper rejiciendus, et succus per se utendus.

PLACUIT tentare, num cortex Peruvianus idem aeque proficeret in hoc malo cum aliis acidis, ac cum succo aurantium et limoniorum

orum conjunctus. Itaque aliis corticis drachmam unam ter in die dedi, cum elixir vitrioli acido; aliis, cum spiritu sulphuris; aliis, cum spiritu falis marini glauberi; aliis, cum cremore tartari in aqua soluto. Haec omnia vim morbi, pari fere cum successu, coërcere videbantur; sed tamen malum non curabant. Tinctura supra dicta, cui drachma una camphorae et croci adjecta erat, paulo melius respondebat, ubi data ad mensuram semunciae ter die in unciis quatuor aquae in qua cremor tartari solutus est.

DENIQUE autem, ea omnia jam propofita, plurimum a succo aurantium et limoniorum virtute aberant. Ex his igitur intelligi potest, ut cortex Peruvianus bono praesidio scorbuto fit, at non per se idoneus ut morbum tollat. Ideoque spes nostra praecipua, in alto mari navi ubi omnia olera defunt, in succo aurantium et limoniorum maxime ponenda.

ponenda. Sequitur etiam exinde, succum eundem, cum potu communi nautarum mistum et quotidie assumptum, ut supra comprehensum est, ad praecavendum morbum optimum esse. Si enim scorbutum tollere potest, cur non praecavere?

Ex quo didici in itinere ad Indiam, de morbo praecavendo per sudorem*, recte cognovi evacuationem per vias cutis, in malis curatione quoque efficacissimam futuram. Igitur id ipsum tentavi medicamento, quod aliis in casibus frequentissime sudorem movisse compertus sum, facto ad similitudinem elixir paregorici pharmacopoeiae Londinensis. Constat ex gummi benzoini, opii, croci, singulorum drachma una; camphorae, olei anisi essentialis, singulorum scrupulis duobus; spiritus vini Gallici libra una, simul digestis et colatis.

* Vid. p. 44, 45.

Hoc medicamentum, ex effectibus ejus, elixir sudorificum nominavi, rarissime enim me fefellit in sudore eliciendo. Adhibitum erat omni nocte, ab una drachma ad semunciam, pro re nata, ex paululo decocti rasurae ligni abietis communis, dum aeger in lectulo calido se continebat, et post id libram unam ejusdem decocti tepidi bibit. Abietis decoc- tum, quoque dedi scorbuticis pro potione communi; quod iis pergratum erat, et liber- aliter assumptum. Hoc modo sudore elicito, membra rigida, dolores scorbutici, difficultas- que spirandi multum levata sunt; adeo ut aeger, dum morbus ingravescebat, haec prae- sidia semper omni nocte dari exoptaret.

IDEM elixir etiam maxime prodest in multis aliis morbis navigantium, prout fe- bribus ex frigore orientibus, similibusque; praecipue autem cum aliquid collisum fit, quod frequentissime in navibus evenit. Ubi
primum

primum enim inflammatio, sanguinis detractio, cathartici refrigerantibus, aliisque auxiliis, paululum se remittit, deinde elixir recte datur, et magnopere adjuvat sudorem movendo, et sic mali reliquias per foramina cutis depellendo.

QUANDOCUNQUE multi in nave scorbuto laborantes sunt, et alia auxilia defunt; satis aquae, in qua, rasurae ligni abietis communis decoctae sunt, semper in dolio servari, et potui assidue dari oportet. Id ipsum enim, per se fortassis, non raro morbum, aut levare, aut solvere potest; quam maxime autem, si huic, vel saccharum rubrum, vel praecipue ejusdem faeces, quas nostri, *molosses*, vocant, adjectae sint: sic enim potus, in alto mari, semper in promptu sit, eam cerevisiam quodammodo repraesentans, quae Anglicè, *spruce-beer*, appellatur; praesidium, hercules, contra id vitium, valentissimum.

SUB hisce curationibus, si alvus per se mollis non est, neque satis reddit quotidie, tum semper solvi medicamentis lenissimis debet; quale est infusum senae cum cremore tartari, qualis est manna, quale est rhabarbarum, qualis est aqua marina, qualis est cremor tartari cum melle vel electario lenitivo * mixtus. Si fortiore autem opus est, partes tres salis nitri cum una radicis jalapii, aut partes quatuor cremoris tartari cum una ejusdem radicis, commode dari possunt. Sin vero longo temporis spatio venter compressus fuit, lotionibus ex aqua marina cum oleo, similibusque, melius incipere est.

DENIQUE hac ratione medendi, omnia itinera corporis aperiuntur, per quae multum materiae putridae morbi jucunde evacuatur, et quae intus restat, corrigitur, mutatur, innoxiaque redditur, vi antiputrescente succi

* Pharm. Lond.

fructuum et corticis; vires aegri excitantur, morbus paulatim definit, et intra paucas septimanas evanescit, nisi cum aliquo alio malo conjunctus, ac tum quidem medicina magis longa, et multiplex fit.

QUOD ad cibum vero aegrotantis pertinet, scire licet, falsa omnia a primis diebus semper rejicienda, et laborantem, ea parte dietae marinae quae ex frumento venit, tantummodo uti debere. Si vero est, unciam unam juris portabilis in aqua soluti, assumere quotidie potest aegrotans, in qua, vel hordeum, vel oryza, vel avenacea farina decocta est.

JUS portabile factum est ex carne bubula in aqua decocta, tum inspissata donec sicca fit, deinde in placentas quadratas formatur; adeo ut facile portari, et bene servari possit per plures menses, si modo in loco sicco positum sit, et interdum aëri aperto committatur

tur. Hoc jus aegrotis in classi regia conceditur, per liberalitatem magnam Regis, et sapientiam eorum qui rei navali praesunt. Antequam adhibetur, semper linteo bene abstergendum; quoniam farinam viridem amarum, stomacho noxiam contrahere solet. Primum quoque per se decoqui debet, in paululo aquae communis, et si quid materiae supra tum innatat caute auferendum est, deinde farinario decocto supra dicto miscendum. Ceba, allium, uvae minores, et similia, si in promptu sunt, huic decocto recte adjici possunt.

PRAETER haec praesidia quae universa sunt, alia magis propria inveniuntur, ut nova res desideret. Non raro enim, inter principia morbi, dolor acutus pectoris est sine febre; hoc in casu sanguis recte mitti potest ad sex vel octo uncias, plerumque enim protinus levat. Opus autem vix impune repetatur,

7

vel

vel certe, ut judico, fatius est emplastrum vesicatorium ei quod affectum est admovere, ut per ulcus morbus erumpat. Ipse quidem nunquam inveni rem hoc postulantem; sed video clarissimum ROUPPE vesicatoria satis magna, doloribus scorbuticis recte praecepisse*.

Si quid offensae in stomacho est, quod rarius fit, vomitus ex radice ipecacoanae, aut ab oxymele scillitico, tuto dari potest; saepe enim stomachum et pectus simul adjuvat.

DIFFICULTAS spirandi vero, periculosissimum illud indicium scorbuticorum, optime plerumque curatur succo aurantium et limoniorum, vel per se, vel sub specie syrapi liberaliter dato; alvo tamen simul leniter so-

* De morb. navigant. p. 200.

luta, et sudore omni nocte elicto per vim elixir sudorifici et decocti abietis.

DYSENTERIA, aut torminibus, intestina rarissime ex natura morbi excruciantur, nisi post longum spatium interpositum, ubi vitium multum increvit, et vires aegri convelluntur, et tunc quidem fere semper mortifera est; in medicina enim vix ulla spes superest. Ubi autem aliter res se habet, morbus omnino curandus est, ut in omnibus aliis dyfenteriis a putrida causa orientibus, sic tamen, ut aeger semper reficiatur iis medicamentis quae et viribus subveniunt, et simul putredini obstant, et, ut materia morbi, quantum fieri potest, ad summam cutem versus deferatur. Et fortasse non ex re erit, quotidie succum aurantium et limoniorum in membra saepe perfricare, adeo ut in itinera sanguinis intret sine ulla noxa intestinis, quod vix fieri nunc potest, si in os acceptus esset.

effet. Hoc autem ex conjectura solummodo praecipio, quoniam usu inveni, idem extrinsecus impositum magnopere prodesse doloribus tumoribusque in membris scorbuticorum, quod vix evenisset nisi in sanguinem receptum. In ejusmodi casibus quoque, super vaporem aceti bene calidi sedisse juvat. Id quidem recte, vel pruna, vel latere, vel feramento ignito in succum demisso; aut etiam aceto super idem leviter asperso, fieri potest. Interea ascendit calidus vapor, qui, torminibus ventris opitulatur. Haec enim res, per se quidem, non raro morbum ex toto solvit, ut experientissimus ille vir JOANNES WOODALL memoriae prodidit. Eadem curatio autem melius respondet, si, finito vapore, linteam bene calefactum, supra id, quod affectum est, protinus imponatur, medicamentumque somnum movens jacenti simul detur*.

* The Surgeon's Mate, or military and domestique Surgery, London, MDCXXXIX, p. 25, 26.

QUOD ad ulcera scorbutica pertinet, commodissime cedunt praesidiis universis, supra comprehensis, intrinsecus; et linamento sicco extrinsecus, cum levi compressione; vel si multum putredinis est, eodem, ex tinctura myrrhae aut corticis Peruviani, expresso. Ubi autem ulcus grande est, doletque, cataplasma ex farina avenacea, in aceto et aqua decocta cui paulum olei adjectum fit, nunquam non super imponi hisce debet.

DOLORES tumoresque scorbuticos vero recte pugnat acetum, aut per se, aut potius cui paululum olei olivarum aut linimenti saponacei * est adjectum; quam maxime autem, si est, succus aurantium vel limoniorum eidem oleo additus. His equidem id, quod affectum est, leniter et bene ter vel quater in die perfricari oportet.

* Pharm. Lond.

QUANTUM is succus prodest doloribus scorbuticis, primum didici apud insulam Melitam: navis enim Vestalis regia, cum huc atque illuc navigavisset per plures septimanas, tempore hiberno, in illa parte maris Mediterranei quod VIRGILIUS Ionium nominat, in portum rediit, multis hominibus scorbuto laborantibus. Quidam autem nostrorum, vel natura, vel fortuna, vel ratiocinatione ducti, succo horum fructuum tumores dolentes quotidie perfricarunt; atque sic multo celerius melius se habuerunt, quam qui aceto tantummodo usi sunt.

HAEC insula quidem, non minus benigna nobis tunc erat, quam olim sancto PAULO magnanimo illi heroï fidei christianae, ubi ipse catenis vinctus, ab Hierosolymis Romanam missus erat, ut, coram Caesare, causam suam diceret. Praebuit enim ei Barbaros, qui, non vulgarem humanitatem, praestabant;

bant; praebuit item nobis mala citrea aureaque optima, praebuit olera omnis generis, praebuit bubulam, praebuit panem marinum bonum, praebuit aquas dulces, adeo ut, his adhibitis, omnia nostra mala cito fugerent.

DENIQUE, gingivae scorbuticorum nullam medicinam minime desiderant. Plerumque enim a primis diebus afficiuntur, nautaeque in curatione earum experimenta faciunt, (empirici enim in mari, aequae ac in terra sunt), perfricando eas sale, cinere tabaci, similibusque, donec tandem omnino fere eadem fricatione consumpserunt; adeo ut frequenter mihi venerunt vultu horrifico praesidium petentes, omnibus dentibus capite vacillantibus. Gingivae vero nunquam fricari debent pulvere quocunque; non raro enim quidem adeo tenerae sunt, ut levi tractatu statim deliquescant. Medicina autem facilis est, et quae nunquam fefellit. Ubi enim

enim gingivae cruore atro turgent, admoto scalpello, protinus erumpit, deinde os aqua hordeacea cui paulum aluminis et tincturae myrrhae adjectum est, ter quaterve interdium bene fovendum, atque sic totum opus cito finitur. Aliquando gingivas sibi reliqui, nullo remedio extrinsecus admoto, atque intra aliquot dies, nautae simplices multum mirati sunt cogitare, quomodo praesidium in stomachum acceptum, rursus ad gingivas, et rediret, et sanaret.

NUNC propositum meum perfeci, et per totum opus, intrare tentavi in abdita quasi et penetralia morbi, quo facilius ejus latebras et recessus patefacerem, omnibusque exponerem; quod si recte peregi, mihi abunde est; sin minus, humanum est errare. Porro autem, si animus me non fefellit, ex dictis manifestum est, scorbutum in alto

mari non tantum praecaveri posse, sed curari quoque, quod equidem votum est; idque etiam viâ quâ ASCLEPIADI placuit, id est, et tuto, et celeriter, et jucunde.

FINIS.

A

P R O P O S A L

FOR PREVENTING THE

S C U R V Y

IN THE

BRITISH NAVY.

T O

THE RIGHT HONOURABLE
SIR EDWARD HAWKE,
KNIGHT OF THE BATH;
FIRST LORD OF THE ADMIRALTY,
ADMIRAL OF THE FLEET,
&c. &c. &c.

SIR,

YOUR well-known Experience in all Naval Affairs, and the high Rank you bear in the Civil, as well as in the Military Department; have induced me to take the Liberty of prefixing your Name to the following Proposal: And if I should be so happy therein, as to have thrown out the least Hint, which may any way tend to promote the Welfare of the British Navy; it will greatly add, to the Pleasure I have, in the Honour of subscribing myself,

SIR,

Your most obedient,

And most humble

Servant,

NATHANIEL HULME.

*This is a wonderful secret of the power
and wisdom of God, which hath hidden so
great and unknown virtue in this fruit, as
to be a certain remedy for this infirmity.*

Sir Richard Hawkins's Voyage.

A
P R O P O S A L

FOR PREVENTING THE

S C U R V Y

I N T H E

B R I T I S H N A V Y.

GREAT-BRITAIN, perhaps, never shone with so much splendour, as during the late war; owing to the bravery of her fleets and armies: but, being surrounded with water, her fleets are justly looked upon as her chief bulwark and support. These are the very wooden walls, which the Delphian oracle, of old, declared to be the only defence of the Athenians, against XERXES'S

B

mighty

mighty army, of two millions one hundred thousand men! *

Now the strength of her fleets is in her men, whose hearts are always steeled with courage, if not broken down and lowered by disease; which, generally, is more destructive to them than the sword of the enemy. And of all the disorders to which they are peculiarly subject, none is more alarming than the scurvy; which, indeed, may be considered as the bane of seamen.

EVERY attempt, therefore, entirely to prevent so fatal a calamity, can hardly fail of being acceptable to the publick. Such is the design of the following proposal; which, however, is in no wise meant to offer any thing new to the world, but only to enforce

* Rollin's Anc. Hist. b. vi. c. 2.

what hath been recommended by others*; and apply it in such a manner, as to render it capable of answering effectually every great end for which it is designed.

WHAT I would propose then, is nothing more, than that orange or lemon juice and sugar, should be so mixed with spirits and water, or wine and water, where small beer cannot be had, as to become, in a manner, the common drink of sailors, when at sea. Perhaps it may be said, that orange and lemon juice and sugar, with spirits and water, or wine and water, are drunk by every body; and how can such a simple liquor as that prevent one of the most terrible diseases, the scurvy? To this it may be answered, that repeated experience hath taught us, that flesh broths with com-

* By John Woodall, in his Surgeon's Mate; by Dr. Huxham, in his Appendix to Fevers; by Charles Bisset, in his Treatise on the Scurvy; but more particularly by Dr. Lind, in his Treatise on the Scurvy; part ii. chap. iv.

4 A PROPOSAL for

mon greens boiled in them, have quickly removed the scurvy, when all medicines have failed: yet every one feeds on broth and greens, and doth not observe much change made in his body thereby. Add, that nature loves to work, by simple, hidden ways.

Now orange, or lemon juice, is likewise found to cure the disease, as we know from manifold experience; and certainly what will cure the disease when once formed, will be the likeliest to prevent it.

KRAMER, a man of great experience in this malady, observes that “the scurvy is the most loathsome disease in nature; for which, says he, no cure is to be found in your medicine chest, no not in the best-furnished apothecary’s shop. Pharmacy gives no relief, surgery as little. Beware of bleeding; shun

shun mercury as a poison: you may rub the gums, you may greafe the rigid tendons in the ham, to little purpose. But, if you can get green vegetables; if you can prepare a sufficient quantity of fresh noble antiscorbutick juices; if you have oranges, lemons, or citrons; or their pulp and juice preserved with sugar in casks, so that you can make a lemonade, or rather give to the quantity of three or four ounces of their juice in whey; you will, without other assistance, cure this dreadful evil*.”

LORD DELAWAR, who had suffered greatly by that disorder, in the relation of his case to the Lords and others of the council of Virginia, at a court held the 25th of June, 1611, hath these words: “I steered my course for the Western Islands,

* *Krameri medicina castrensis*; as quoted by Dr. Lind, on the scurvy, p. 160.

which I no sooner recovered, than I found help for my health, and my sickness assuaged, by means of fresh diet, and especially of oranges and lemons; an undoubted remedy and medicine for that disease, which lastly, and so long, had afflicted me*.”

THE late Lord ANSON, in his voyage round the world, on his arrival at the island of Tinian, landed a hundred and twenty-eight men sick of the scurvy. Numbers of these were so very helpless, that they were obliged to carry them from the boats to the hospital upon their shoulders; yet the diseased in general, reaped so much benefit from the fruits of the island, particularly limes and oranges, that, in a week's time, there were but few of them who were not so

* Purchas his Pilgrimes, vol. 4. p. 1763.

far recovered, as to be able to move about without help*.

